

1373

P O L E M I C I

1374

negotiorum *Amsteloami* agebat, neque biennio supervixit. Ad de de eo, ejusque Scriptis *Lexicon Univ. lit. K.* Codicem nostrum, ut *Tolandi* verbis c. 5. *Nazar.* p. 15. utar, habuit *out of the library of a person of great name and authority in the said city (Amsterdam) who during his life was often heard to put a high value on this piece.* Addit *Miscel. Vol. I.* p. 381. *There's but one copy of it in Christendom, accidentally discovered by me at Amsterdam in the year 1709. and now in the Library of his most serene Highness Prince Eugene of Savoy.* Pluribus abstineo; nam et *Bern. Moneta*, *Tolandusque*, et ex utroque *Fabricius locc. citt.* tam de totius Codicis ratione, quam de impudentibus ejus technis, quantum satis est, retulere.

DCIX.

U. 454 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 321. f. per duas columnas exaratus, et rubricis distinctus, sed situ multis locis satis evanidus absque titulo continet *Richardi Radulphi Fil.* sive *Fitzralph* Responsa ad *Quaestiones Armenorum* Libris XIX. inclusa, quae etiam nomine *Summae*, seu de *Erroribus Armenorum* veniunt. Praefatio incipit: *Reuerendis in christo patribus Nersi archiepiscopo mansgarden. Ac fratri iohanni electo Clacen. maioris armenie Richardus Radulphi (fil.) archiepiscopus Ard-machanus primas bibernie per gratiam seire iusticiam, donec hauria-*
Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

tis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Ex relatione vestre sancte deuocionis &c. Romae nempe aut Auenione cum illis congressus erat Noster, unde et egregio Operi suo formam Dialogi inter Johannem et se dedit. Init illud: Johannes. Quia ex literali sensu scripture sacre intendis in hoc opere tractare armenorum propositas quaestiones &c. Ut in Exemplo, quod recensui Vol. I. P. 2. col. 2069, et in Edit. Parisina f. a. (1511. aut 12.) f. correcta, ut praefert, per Johannem Sudoris (le Sueur) qui tamen in hac correctione tam parum sudavit, ut Codex noster ms. fit correctior.

Thecae ejus interius utrinque adglutinata est Membrana 4. angustis columnis eleganti caractere exhibens Textum propheticum *hebr.* punctatum, et quidem anterior magnam partem *Sophoniae* a C. I. v. 9. et *Aggaei* initium, posterior vero reliqua *Sophoniae*, et *Aggaeum* usque ad C. I. v. 12. Reliqua improbe resecta sunt.

DCX.

Codex membraneus lat. Sec. E. 5 XV. Folior. 211. 4. maj. non una manu, caractere tamen atro luculento per totum scriptus, rubricis enotatus, a *Leibnitio* oblatus *Heroi Eugenio Sabaudico*, sed ante *Episcoporum Varmiensum* fuit; legitur enim fol. Codici praetexto: *Iste est Liber Henrici Episcopi Warmien. quem Henricum ordine IV. habeo, dictum Heilsberg de Vogelsang et functum munere*

R

ab